

# DOMINICA RESURRECTIONIS.

AD MATUTINUM.  
*Invitatorium.*

**S**Urréxit Dóminus veré,  
\* Alleluia. **Psalmus. Ve-**  
nire, exultémus. 2.

Hymni & Capitula non di-  
cuntur in aliqua Horárum, us-  
que ad Vésperas Sábbati in Albis,  
nec Versiculi, nisi in Nocturno.

Ad Nocturnum, Antiphona.  
Ego sum qui sum, & consilium

meum non est cum impijs, sed  
in lege Dómini voluntás mea  
est, alleluia. **Psalmus. Beátus**

vir, qui non ábit. 3. **Aia.** Pos-  
tulávi Patrem meum, alleluia,  
dedit mihi gentes, alleluia, in

hereditátem, alleluia. **Psalmus.**  
Quáre fremuerunt Gentes. 4.

**Aia.** Ego dormívi, & som-  
num cepi: & exurréxi, quo-  
niám Dóminus suscépit me,

alleluia, alleluia. **Psalm. Do-**  
mine, quid multiplicáti. 4.  
¶ Surrexit Dóminus de sepul-  
chro, alleluia. ¶ Qui pro no-  
bis pepéndit in ligno, alleluia.

Ad Laudes, Antiphona.

**A**ngelus autem Dómini  
descéndit de calo, &  
accéndens revólvit lápi-

dem, & sedébat super eum, al-  
leluia, alleluia. **Psalm. Dóminus**

regnávit, cum reliq. 18. Anti-  
phona. Et ecce terramótus fac-

tus est magnus: Angelus enim  
Dómini descéndit de calo, al-  
leluia. **Aia.** Erat autem aspéci-

tus eius sicut fulgur, vestimén-  
ta autem eius sicut nix, alleluia,  
alleluia. **Aia.** Prä timore autem  
eius extérriti sunt custodes  
& facti sunt velut mórtui, alle-  
luia. **Aia.** Respónsens autem  
Angelus, dixit mulieribus: No-  
lite timere: scio enim quod le-  
sum quératis, alleluia.

Capitulum, Hymnus & y.  
non dicuntur, sed eorum loco  
Antiphona.

**H**ÆC dies, quam fecit Dó-  
minus: exultémus, & la-  
témur in ea.

Ad Benedictus, Antiphona.  
Et valde mané una Sábbatōrum  
vénient ad monuméntum, or-  
to iam sole, alleluia.


**O**RATIO.  
**D**eus, qui hodiéra die per  
Unigénitum tuum æter-  
nitatis nobis adiútum devicta  
morte reserásti: vota nostra que  
præveniendo aspiras, etiam  
adiuvando proséquere. Per  
eundem Dóminum.

**y.** Dóminus vobiscum. **y.** Be-  
nedicámus Dómino, alleluia,  
alleluia. **g.** Deo grátiás, alle-  
luia, alleluia.

Sic dicitur in Vésperis &  
Láudib⁹ tantum usque ad  
Vésperas Sábbati in Albis ex-  
clusive.

Ad Primam, Tértiam, Sex-  
tam, & Nonam, post Deus  
in adiutorium. & Gória Pa-

R. tri



Fr. matthei. Antenu. 6. L. Crispini. u. Sc. 161. 1576.

**tri.** dicuntur Psalmi constiūti:  
ad Primam tamen ut in Festis,  
scilicet, D<sup>e</sup>us in nōmine tuo.  
23. B<sup>e</sup> eat immaculati, & R<sup>e</sup>tribue. 25. Quibus finitis dicitur

**Aña.** Hac dies, quam fecit D<sup>e</sup>minus: exultemus, & letemur in ea. **Postea Oratio,** quæ ad Primam dicitur, ut in Psal. D<sup>e</sup>mine Deus omnipotens. 28. **P**reciosa, cum reliqui, & ad Absolutionem Capituli, Léctio brevis. Si consurrexistis cum Christo, ut in Psalterio. 29.

Ad dias autem Horas, post Añam. Hac dies, dicitur Oratio quæ ponitur in Laudibus.

Ad Vesperas, Aña. Angelus autem Domini, cum reliqui de Laudibus. 263. & Psalmus. Dixit D<sup>e</sup>minus, cum reliqui de Dominicā. 125. Et sic dicitur usque ad Vesperas Sabbati.

**Postea Antiphona.** Hac dies quam fecit D<sup>e</sup>minus: exultemus, & letemur in ea.

**Ad Magnificat, Antiphona.** Et respicentes vidérunt revolutum lāpidem: erat quippe magnus valde, alleluia.

**Oratio.** D<sup>e</sup>us, qui hodierna, ut supra. 263.

**Ad Completorium, dīcto.**

Iube domine. Fratres, Sōbrij estote. Adiutorium nostrum. Pater noster. & facta Confessione, & Absolutione, post. Converte nos Deus. Deus in adiutorium. **Gloria Patri.** Alleluia.

dicuntur Psalmi constiūti. 148. Quibus finitis dicitur, Alleluia, alleluia, alleluia, alleluia.

Dicindē Canticum Simeonis.

Nunc dimittis. 150.

**Postea Aña.** Hac dies, quam fecit D<sup>e</sup>minus: exultemus, & letemur in ea. & **Oratio Visita,** quæsumus D<sup>e</sup>mine supr. 151. Prædictus modus Horarum servatur usque ad Vespertas Sabbati in Albi.

### FERIA SECUNDA.

Ad Matutinum, Invitatōrium, Añæ, & Psalmi ad Nocturnum & Laud. dicuntur ut supra in die Paschæ, per totam Oct. ¶. Surrexit D<sup>e</sup>minus de sepulcro, alleluia. ¶ Qui pro nobis pependit in ligno, alleluia.

**Ad Benedictus, Antiphona.**

Iesus, iuxta se discipulis suis in via, & ibat cum illis: oculi autem eorum tenebantur, ne cum agnoscerent: & increpavit eos dicens: o stulti & tardi corde ad credendum in his, quæ locuti sunt prophæta, alleluia.

**Oratio.**

**D**eu<sup>s</sup>, qui solemnitate Paschali, mundo remédia contulisti: populum tuum, quæsumus, calésti dono proséquere; ut & perfectam libertatem consequi mercámur, & ad vitam proficiat sempiternam. Per D<sup>e</sup>minum.

**Ad Magnificat, Antiphona.**

Qui sunt hi sermones, quos confertis ad invicem ambulantes, & estis tristes? alleluia.

**FERIA TERTIA.**

**Ad Matutinum.**

¶. Surrexit D<sup>e</sup>minus verè alleluia. ¶. Et appariuit Simon, alleluia.

**Ad Benedictus, Aña.** Stetit

le-

Iesus in medio discipulorum suorum, & dixit ei: Pax vobis, alleluia, alleluia.

**D**eu<sup>s</sup>, qui Ecclésiam tuam novo semper foetu multiplicas: concède famulis tuis ut sacramentum vivendo téneant, quod fide percepérunt. Per D<sup>e</sup>minum.

**Ad Magnificat, Antiphona.**

Videte manus meas, & pedes meos, quia ego ipse sum, alleluia, & ego eum tollam, alleluia.

**FERIA QUARTA.**

**Ad Matutinum.**

¶. Gavisi sunt discipuli, alleluia. ¶. Viso Domino, alleluia.

**Ad Benedictus, Aña.** Mítite in dexteram navigij rete, & inveniētus, alleluia.

**Ad Oratio.** Undecim discipuli in Galilaea videntes D<sup>e</sup>minum adoravabant, alleluia.

**D**eu<sup>s</sup>, qui nos resurrectionis dominica annua solemnitate letificas: concède propitiūs ut per temporalia festa, quæ agimus, pervenire ad gaudia atterna mereamur. Per cùndem Dominum.

**Ad Magnificat, Antiphona.**

Dixit Iesus discipulis suis: Afferte de piscibus, quos previdistis nunc. Ascendit autem Simon Petrus, & traxit rete in terram plenum magnis piscibus, alleluia.

**FERIA QUINTA.**

**Ad Matutinum.**

¶. Surrexit D<sup>e</sup>minus de sepulcro, alleluia. ¶. Qui pro nobis pependit in ligno, alleluia.

**Ad Benedictus, Antiphona.**

Maria stabat ad Monumēntum plorans, & vidit duos Angelos in albis, sedentes, & sudárium quod fierat super caput Iesu, alleluia.

**ORATIO.**

**D**eu<sup>s</sup>, qui diversitatē Génituum in confessiōne tui nōminis adunasti: da, ut renatis fonte baptismatis, una sit fidēs mētium, & pietas actiōnum. Per D<sup>e</sup>minum.

**Ad Magnificat, Antiphona.**

Tulérunt D<sup>e</sup>minum meum, & nescio ubi posuerunt eum: si tu sustuisti eum, cito mihi, alleluia, & ego eum tollam, alleluia.

**FERIA SEXTA.**

**Ad Matutinum.**

¶. Surrexit D<sup>e</sup>minus verè, alleluia.

¶. Et appariuit Simon, alleluia.

**Ad Benedictus, Antiphona.**

Undecim discipuli in Galilaea videntes D<sup>e</sup>minum adoravabant, alleluia.

**O** Mnipotens sempiterne Deus, qui Paschale Sacramēntum in reconciliōnē humanae fidēs contulisti mētibus nostris: ut quod professione celebrāmus, imitēmur effectu, Per D<sup>e</sup>minum.

**Ad Magnificat, Antiphona.**

Data est mihi omnis potestas in celo & in terra, alleluia.

**SABBATO**

**IN ALPIIS.**

**Ad Matutinum.**

¶. Gavisi sunt discipuli, alleluia.

¶. Viso D<sup>e</sup>mino, alleluia.

**Ad Benedictus, Aña.** Currabant duo simul, ille aliis discipulis præcucurrit cítius Petro, & venit prior ad monumentum, alleluia.

**ORATIO.**

**C**oncède quæsumus omnipotens Deus: ut qui festa Paschalia venerando égimus, per

per hæc contingere ad gaudia  
æterna mereamur. Per Dómini-  
num nostrum.

**Ad Vésperas Officium sit dup.**  
**Antiphona.** Alleluia, alleluia,  
alleluia. Psalmus. Benedic tus  
Dóminus Deus meus. **cum ré-**  
**liquis de Psaltério.** 143.

**CAPITULUM.** 1. Ioán. 5.

**C**harissimi, Omne quod  
natum est ex Deo, vincit  
mundum: & hæc est vic-  
toria, que vincit mundum, fides  
nostra.

**HYMNE.**

**A**d regias Agni dapes  
Stolis amicti candidis  
Post tránsitum maris Rubri  
Christo canamus Principi.

**L**ivina cuius Cháritas  
Sacrum propinat Sanguinem,  
Almique membra corporis  
Amor Sacrédos immolat.

**S**parsum cruxorem postibus  
Vastator horret Angelus;  
Fugitique dividus mare:  
Merguntur hostes flumibus.

**I**am Pascha nostrum Christus  
est,  
Paschalis idem Víctima,  
Et pura puris ménibus  
Sinceritatis ázyma.

**O** vera cali Víctima,  
Subiecta cui sunt tárta ra,  
Solita mortis víncula,  
Recépta vité præmia.

**V**ictor subdactis inferis  
Tróphæa Christus explicat,  
Cæloque aperto, subditum  
Regem tenebrarum trahit.

**U**t sis perenne ménibus  
Paschale Iesu gáudium,  
A morte dira críminum  
Vítæ renatos libera.

**D**eo Patri sit glória,  
Et Filio, qui à mórtuis  
Surréxit, ac Paráclito,  
In sempitérna sécula. Amen.  
Sic terminántur omnes Hym-  
ni eiusdem metri usque ad As-  
censionem, præterquam in Of-  
ficio B. Marie, & in Hymno  
S. Crucis ad Vésperas.

**y.** Mane nobiscum Dómine,  
alleluia. **Re.** Quóniam advespe-  
rascit, alleluia.

**A**d Magnificat, Antiphona.  
Cùm esset serò die illa una sab-  
batorum, & fores essent clausæ,  
ubi erant discipuli congregati  
in unum, stétit Iesus in médo,  
& dixit eis: Pas vobis, alleluia.

**ORATIO.**

**P**ræsta quésumus omnipo-  
tent Deus: ut qui Paschá-  
lia festa pérgeimus; hæc, te la-  
giénte, móribus & vita tencá-  
mus. Per Dóminum.

**y.** Benedic ánus Dómino. **de-**  
**inceps dicitur sine Alleluia.**

**C**ompletorium dicitur ut in  
Psalt. 147. omissione Précibus: &  
loco. **Aña.** Miserere. **dicitur**  
**Aña.** Alleluia, alleluia, alleluia.  
Et in fine Antiphone. Salva  
nos. additur Alleluia.

**S**ic dicitur usque ad Domí-  
nicam Trinitatis exclusivæ, &  
quando non est Duplex, nec  
infrà Ochavam, dicuntur Preces  
ut in Psaltério. 150.

**A**d **re.** brévia, & **y.** per óm-  
nes Horas, iungitur Alleluia.  
usque ad Sábatum post Pen-  
tecosten; præterquam in **y.** ad  
Preces Prime & Completoriū,  
quando dicuntur. Et quan-  
do-

docimque Alleluia. iungitur  
**R.** brevi, duplicitur: sed in Ver-  
sículo dicitur semel.

**DOMINICA**

**IN ALBIS.**

In Ochava Paschæ. Duplex.

Ad Matutinum, Invitatorium.

Surréxit Dóminus verè, \* Al-  
leluia. Psalmus. Venite, exul-  
témus. 2. HYMNE.

**R**Ex sempitérne Célitum,  
Rerum Crátor ómnium

Æquális ante sécula,  
Semper Parenti Filius.

Nascénte qui mundo Faber  
Imágine vultus tui  
Tradens Adámo, nóbilem  
Limo iugásti spíritum.

**C**um litor, & fraus dámonis  
Fecidasset humanum genus:

Tu carne amictus, perdítam  
Formam refürmans Artíflex.

**Q**ui natus olim è Virgine,  
Nunc è sepulcro násceris,  
Tecumque nos à mórtuis  
Iubes sepultos surgere.

**Q**ui Pastor áternus gregem  
Aqua lavas Baptismatis:  
Hæc est lavácrum ménitum:  
Hæc est sepulchrum crími-  
nium.

**N**obis diu qui débitæ  
Redémptor affixus Crucis,  
Nostra dedisti pródigus  
Prétium salutis sanguinem.

**U**t sis perenne ménibus,  
Paschale Iesu gáudium,  
A morte dira críminum  
Vítæ renatos libera.

**D**eo Patri sit glória,  
Et Filio, qui à mórtuis  
Surréxit, ac Paráclito,  
In sempitérna sécula. Amen.

In primo Nocturno, Aña.

Alleluia, Lapis revolutus est,  
alleluia: ab óstio monuménti,  
alleluia, alleluia.

Psalmi de Domínica, ut in  
Psalt. 3. Qui dicuntur in quoli-  
bet Noct. sub una Aña. **y.** Sur-  
réxit Dóminus de sepulcro,  
alleluia. **Re.** Qui pro nobis pe-  
pedit in ligno, alleluia.

In secundo Nocturno, Aña.

Alleluia, Quem queris muñer?  
alleluia vivéntem cum mortuis?  
alleluia, alleluia. Psalmus. Con-  
serva. cum relíqui ut in Psal-  
tério. 10. **y.** Surrexit Dóminus  
verè, alleluia. **Re.** Et apparuit  
Simóni, alleluia.

In tertio Nocturno, Aña.

Alleluia, Noli fieri María, alle-  
luia: resurrexit Dóminus, alle-  
luia, alleluia. Psalm. Cæli ená-  
rant. cum relíqui ut in Psalt. 14.  
**y.** Gavísi sunt discípuli, alleluia.  
**Re.** Viso Dómino, alleluia.

Ad Laudes, Antiphona.

**A**lleluia, alleluia, alleluia.  
alleluia, alleluia, alleluia,  
alleluia, alleluia, alleluia.

Psalmi. Dóminus regnávit. Ju-  
bilate. Deus, Deus meus. 18.

**Aña.** Surrexit Christus de sepul-  
cro, qui liberávit tres píeros  
de camino ignis ardéntis, alle-  
luia. Canticum. Benedicite. 19.  
**Antiphona.** Alleluia, alleluia, alle-  
luia. Psalmus. Laudáte Dó-  
minus de calis. 20.

**CAPITULUM.** 1. Ioán. 5.

**C**harissimi, Omne quod na-  
tum est ex Deo, vincit mun-  
dum: & hæc est victória, que  
vincit mundum, fides nostra.

## HYMNUS.

**A** Urora cælum púrpurat,  
Æter resultat laudibus,  
Mundus triūphans iubilat,  
Horrens avérnus infrenit.

**R**ex ille dum fortissimus  
De mortis inferno specu  
Patrum Senatum liberum  
Edicit ad vita iubar.

**C**uius sepulchrum plítrum  
Custode signabat lapis,  
Victor triūphat, & suo  
Mortem sepulchro fínerat.

**S**at funeri , sat lacrymis,  
Sat est datum dolóribus:  
Surréxit extinxor necis,  
Clamat cortuscans Angelus.

**U**t sis perenne mémbris  
Paschale Iesu gaudium,  
A morte dira criminum  
Vita renatos libera.

**D**eo Patri sit glória,  
Et Fílio , qui à mortuis  
Surréxit, ac Paracítrō,  
In sempiterna sǽcula. Amen.

**Y.** In resurrectione tua Christe,  
allelúia. **R.** Cæli & terra latén-  
tur, alleluia.

**A**d Benedictus, Antiphona.  
Cum esset serò die illa una Sab-  
batórum, & fores essent clausæ,  
ubi erant discipuli congregati  
in unum, stetit Iesus in medio,  
& dixit eis : Pax vobis, alleluia.

## ORATIO.

**P**raesta quæsumus omnipo-  
tens Deus: ut qui Paschá-  
lia festa perégrinus; hac te largi-  
gente, móribus & vita teneámus.  
Per Dóminum.

**A**d Primam, Hymnus. Iam  
lucis. 23. **A**ña. Alleluia, alleluia,  
allelúia, alleluia. **P**salms. Deus

in nómino tuo. 23. Peati imma-  
cúlati. Retríbue. & Quicúm-  
que. 23.

**P**redicti Psalmi dicuntur Do-  
minicis diébus usque ad Ascen-

**C**apitul. Regi saculórum. 27.

**g. breve.** Christe Fílii Dei vi-

vi, misérere nobis, \* Alleluia,

allelúia. Christe. **Y.** Qui surre-

xisti à mórtuis. Alleluia, alleluia.

**G**loria Patri. Christe. **Y.** Extri-

ge Christe „adiuva nos, alleluia.

**g.** Et libera nos propter nomen

tuum, alleluia.

**E**t sic dicitur **g.** br. usque ad

**A**scens. Et quando non est Du-

plex, aut infra Oct. dicuntur

Preces de Dñica, ut in Psal. 27.

**A**d Absolucionem Capitul.

**L**éctio br. Si consurrexisti cum

Christo, ut in Psalterio. 30.

**A**d Tertiā & alias Horas,

**A**ña. Alleluia, alleluia, alleluia,

allelúia. **C**apitulum. C haris-

imi, Omne, ut suprā. 266.

**g. br.** Surréxit Dóminus de se-

puñchro, \* Alleluia , alleluia.

Surréxit. **Y.** Qui pro nobis pe-

péndit in ligno. Alleluia, alleluia.

**G**loria. Surréxit. **Y.** Surréxit

Dóminus verè , alleluia. **R.** Et appáruit Simóni, alleluia.

**A**d Sextam, Capitul. 1. **Iod.** 5.

**Q**uis est autem, qui vincit

mundum, nisi qui credit

quóniam Iesus est Fílius Dei hinc

est qui venit per aquam & sán-

guinem, Iesus Christus: non in

aqua sólum, sed in aqua & sán-

guine.

**g. br.** Surréxit Dóminus verè

\* Alleluia , alleluia. Surréxit.

**Y.** Et appáruit Simóni. Alleluia,

alle-

allelúia. **G**loria Patri. Surréxit.

**Y.** Gavísi sunt discipuli, alleluia.

**R.** Viso Dómino , alleluia.

**A**d Nonam, CAPITULUM.

1. **Iod.** 5. b

**S**i testimoniūm hóminum ac-

cípimus, testimoniūm Dei

máius est: quóniam hoc est tes-

timoniūm Dei, quod máius est

quóniam testificátius est de Fílio

suo. Qui credit in Fílium Dei,

habet testimoniūm Dei in se.

**g. br.** Gavísi sunt discipuli, \* Al-

leluia, alleluia. Gavísi. **Y.** Viso

Dómino. Alleluia , alleluia.

**G**loria. Gavísi. **Y.** Mane nobis-

cum Dómine, alleluia.

**R.** Quó-

niam advesperásct, alleluia.

**A**d Vesperas, Aña. Alleluia.

allelúia, alleluia. **P**salms. Dixi

Dóminus. **cum** réliquis de Do-

mínicā. 125 Qui sub una tan-

tu Antiphona dicuntur.

**C**apitul. Charissimi, Omne

quod natum. **H**ymn. A d regias

Agni dapes. ut suprā in Véspe-

rís Sabbati. 266. **Y.** Mane no-

biscum Dñe, alleluia. **R.** Quó-

niam advesperásct, alleluia.

**A**d Magnificat, Antiphona.

Post dies octo ianuæ clausis in-

gréssum Dóminus dixit eis : Pax

vobis, alleluia, alleluia.

**O**RATIO.

**P**raesta quæsumus omnipo-

tens Deus: ut qui Paschalia

festa perégrinus, hac te largi-

gente, móribus & vita teneámus.

Per Dóminum.

**H**ymni, Versiculi, & **g. bre-**

via huius Dominicæ , dicuntur

usque ad Ascensionem étiā in

feriali Officio.

Ad Maturinum, Invitatorium.

Alleluia , alleluia , \* Alleluia.

**P**salmus. Venite, exultemus. 2.

**H**ymnus. Rex sempiterne. ut

suprā. 268. **A**ña. Alleluia. **P**sal-

mus. Dóminus illuminatio-

cum réliquis de Féria ii. ut in

Psaltério. 49.

Psalmi Feriales Nocturnorum

& Vesperarum dicuntur sub

prima Antiphona. Alleluia. us-

que ad Ascensionem.

**Y.** Surréxit Dóminus de sepúl-

cro, alleluia. **g. br.** Qui pro no-

bis pepéndit in ligno , alleluia.

**A**d Laudes, Aña. Alleluia.

**P**salm. Dóminus regnávit. cum

réliq. Antiphonis & Psalmis de

Psaltério, ut in Dominicā. 17.

**C**APITULUM. Rom. 6. b

**H**ristus restigens ex mó-

tuis, iam non móritur,

mors illi ultrā non dominabitur.

Quod enim mórtuus est peccá-

to, mórtuus est semel: quod

autem vivit, vivit Deo.

**H**YMNUS.

**A** Urora cælum púrpurat,

Æter resultat laudibus,

Mundus triūphans iubilat,

Horrens avérnus infrenit.

**R**ex ille dum fortissimus

De mortis inferno specu

Patrum Senatum liberum

Edicit ad vita iubar.

**C**uius sepulchrum plítrum

Custode signabat lapis,

Victor triūphat , & suo

Mortem sepulchro fínerat.

**S**at funeri , sat lacrymis,

Sat est datum dolóribus:

Surréxit extinxor necis,

Cl-

Clamat coruscans Angelus.  
Ut sis perenne mēntibus  
Paschale Iesu gaudium,  
A morte dira criminum  
Vita renatos libera.

Deo Patri sit gloria,  
Et Filio, qui à mortuis  
Surréxit, ac Paracito,  
In sempiterna sœcula. Amen.  
¶ In resurrectione tua Christe  
alleluia. ¶ Cœli & terra latenter,  
alleluia.

Ad Benedictus, Antiphona.  
Surgens Iesus manè prima Sâb-  
bati, apparuimus primo Mariae  
Magdaléna, de qua ciecerat  
septem dæmonia, alleluia.

Deinde dicitur Oratio Dñica  
præterita. ORATIO.

Praesta quæsumus omnipo-  
tens Deus: ut qui Paschá-  
lia festa pergimus hac, te lar-  
giénte, mōribus, & vita tencamus. Per Dóminum.

Póstea fit Commem. de Cru-  
ce, qua Commemoratio quo-  
tidie fit in Lâudib⁹ & Vésp̹ris  
usque ad Ascensionem, tam in  
Officio de Tempore, quam de  
Sanctis, nisi sit Duplex aut in-  
fra Octavas. Alia Commemo-  
rations de S. Maria, de Apô-  
stolis, & de Pace, non dicuntur  
tempore Paschali.

In Lâudib⁹ Aña. de Cruce,  
Crucifixus surréxit à mortuis,  
& redemí nos, alleluia, alleluia.  
¶ Dicte in nationibus, alle-  
luia. ¶ Quia Dóminus regná-  
vit à ligno, alleluia.

ORATIO.

D̹us, qui pro nobis Filiū  
tuum crucis patibulum

subire voluisti, ut inimici à nobis  
expelleres potestatem: concéde  
nobis famulis tuis; ut resurrec-  
tionis gratiam consequamur. Per  
etundem Dominum nostrum.

Ad Vésperas, Antiphona.  
Crucem sanctam subiit, qui in-  
férnum confregit, accinctus est  
potentia, surréxit die tertia,  
alleluia.

Versus & Oratio ut supra.  
In feriali Officio Prima dici-  
tur sicut in festis Simplicibus,  
toto tempore Paschali.

Psalmi Horárum dicuntur  
cum quatuor. Alleluia. Capitu-  
lum. Regi sacerdorum. Preces  
de Dñica ut in Psaltria. 27.

Ad Tertiā, Capitulum. Chris-  
tus resurgens. ut supra. 269.

¶. br. Surréxit Dóminus de sc-  
púlchro. \* Alleluia, alleluia. Sur-  
réxit. ¶ Qui pro nobis pepen-  
dit in ligno. Alleluia, alleluia.  
Gloria. Surréxit. ¶ Surréxit  
Dóminus verè, alleluia. Et  
apparuit Simóni, alleluia.

Ad Sextam, Capitulum.  
1. Cor. 15. c

Christus resuréxit à mōr-  
tuis primitiæ dormientium:  
quóniam quidem per hō-  
minem mors, & per hōmīnum  
resurrectio mortuorum. Et si-  
cut in Adam omnes moriuntur,  
ita & in Christo omnes vivifi-  
cabitur.

¶. br. Surréxit Dóminus verè  
\* Alleluia, alleluia. Surréxit.  
¶ Et apparuit Simóni. Alleluia,  
alleluia. Gloría Patri. Surréxit.  
¶ Gavisi sunt discipuli, alleluia.  
¶ Viso Dómino, alleluia.

Ad

Ad Nonam, CAPITULUM.

1. Pet. 3. d

Christus semel pro peccatis  
nostris mórtuus est, ius-  
tus pro iniustis, ut nos offéret  
Deo, mortificatus idem carne,  
vivificatus autem spiritu.

\* breve. Gavisi sunt discipuli,

\* Alleluia, alleluia. Gavisi.

¶ Viso Dómino. Alleluia, al-

leluia. Gloría Patri. Gavisi.

¶ Mani nobiscum Dómine,  
alleluia. ¶ Quóniam adves-  
pascit, alleluia.

Ad Vésperas, Aña. Alleluia.  
Psalmus. Diléxit. cum reliquis  
de Psaltorio. 128. sub una Añ-  
tiphona. Alleluia.

CAPITULUM. Rom. 6. b

Christus resurgens ex mórtu-  
tis iam non moritur, mors  
illi ultrà non dominabitur.  
Quod enim mórtuus est pecca-  
to, mórtuus est semel: quo  
autem vivit, vivit Deo.

Hymnus.

A D regias Agni dapes  
Stolis amicti candidis  
Post transiit mari Rubri  
Christo canamus Príncipi.  
Divina cuius Cháritas

Sacrum propinat Sanguinem,  
Almique mēmbra corporis  
Amor Sacerdos immolar,  
Sparsum cruxre póstibus

Vastator horget Angelus.  
Fugitivum divisum mare:  
Merguntur hostes fluitibus.  
Iam Pascha nostrum Christus

est,  
Paschalis idem vícima,  
Et pura puris mēntibus  
Sinceritatis ázyma.

O veri cali Vícima,

Subiecta cui sunt tartara,  
Sólita mortis vincula,  
Recépta vita prémia.

Víctor subactis inferis

Throphæ Christus explicat,  
Cæloque aperto, subditum  
Regem tenebrarum trahit.

U t sis perenne mēntibus  
Paschale Iesu gaudium,  
A morte dira criminum  
Vita renatos libera.

Deo Patri sit gloria,  
Et Filio, qui à mortuis

Surréxit, ac Paracito,  
In sempiterna sœcula. Amen.

¶ Mani nobiscum Dómine,  
alleluia. ¶ Quóniam adves-  
pascit, alleluia.

Ad Magnificat, Antiphona.  
Pax vobis, ego sum, alleluia:  
nolite timere, alleluia.

Capitula, & Respons. brevia  
supradicta dicuntur in feriali  
Officio usque ad Ascensionem.

FERIA TERTIA.

Ad Benedictus, Antiphona.  
Precedám vos in Galileam, ibi  
me vidébitis, sicut dixi vobis,  
alleluia, alleluia.

Ad Magnificat, Antiphona.  
Mitte mānum tuam, & cog-  
noscere loca clavōrum, alleluia:  
& noli esse incrédulus, sed fidé-  
lis, alleluia.

FERIA QUARTA.

Ad Benedictus, Antiphona.  
Ego sum virtus vera, alleluia: &  
vos pálmites veri, alleluia.

Ad Magnificat, Antiphona.  
Quia vidist me, Thoma, cre-  
didisti: beati qui non vidérent,  
& crediderunt, alleluia.

FE-

## FERIA QUINTA.

**Ad Benedictus, Antiphona.**  
Ardens est cor meum, desidero  
videre Dominum meum: quan-  
to, & non inventio, ubi posue-  
runt eum, alleluia, alleluia.

**Ad Magnificat, Antiphona.**  
Misi digitum meum in fixuras  
clavorum, & manum meam in  
latus eius, & dixi: Dominus  
meus, & Deus meus, alleluia.

## FERIA SEXTA.

**Ad Benedictus, Antiphona.**  
Venérunt ad monuméntum Ma-  
ria Magdaléne, & altera Maria  
videre sepulchrum, alleluia.

Ad Vesperas nisi occurrat Fes-  
tum novem Lectionum, à Ca-  
pitulo fit de S. Maria. XXXV.

**SABBATO.**  
Ad Vesp. Aña. Alleluia, Psal-  
mus. B. Benedictus. cun reliquis.

143.

**CAPITULUM.** 1. Pet. 2. d  
**C**harissimi, Christus pas-  
sus est pro nobis, vobis  
relinquens exēplum,  
ut sequāmū vestigia eius. Qui  
peccatum non fecit, nec invēn-  
tus est dolus in ore eius.

**Hymnus. Ad regias Agni da-  
pes supr. 271. y. Mane nobis-  
cum Dómine, alleluia. B. Quóniam  
advesperásct, alleluia.**

**Ad Magnificat, Antiphona.**  
Ego sum pastor óvium: ego sum  
via, veritas, & vita: ego sum pas-  
tor bonus, & cognoscō oves  
meas, & cognoscunt me mēa,  
alleluia, alleluia.

**ORATIO.**  
**D**EUS, qui in Filii tui humi-  
litate iacētē mundum

erexisti: fidēlibus tuis perpé-  
tuam concēda latitudinē; ut quos  
perpetuae mortis eripueristi casi-  
bus, gaudīc facias pētrui sem-  
pitēris. Per euādem Domini-  
num nostrum.

**Deinde fit Commemoratio  
de Cruce, Antiphona.** Cruci-  
cem sanctam subiit, qui in fer-  
num confregit: accinctus est  
potēntia, surrexit die tertia, alle-  
luia. v. Dicite in nationibus, alle-  
luia. B. Quia Dominus regnā-  
vit à ligno, alleluia. **Oratio.**  
Deus, qui pro nobis. ut sup. 270.

**DOMINICA II.**  
Post Pascha.

Ad Matutinū, ut in Domini-  
nica praecedēti, 267, sed Offi-  
cium non fit Duplex.

**Ad Laudes, Antiphona.** Al-  
leluia, Psalmus. Dominus reg-  
nāvit, cum reliquis Antiphonis  
& Psalmis de Psalterio. 18.

**CAPITULUM.** 1. Pet. 2. d  
**C**harissimi, Christus pas-  
sus est pro nobis, vobis  
relinquens exēplum,  
ut sequāmū vestigia eius. Qui  
peccatum non fecit, nec invēn-  
tus est dolus in ore eius.

**Hymnus. Aurora calum. 268.**  
y. In resurrectione tua Christe,  
alleluia. B. Cæli & terra latēn-  
tur, alleluia.

**Ad Benedictus, Antiphona.**  
Ego sum pastor óvium: ego sum  
via, veritas, & vita: ego sum pas-  
tor bonus, & cognoscō oves  
meas, & cognoscunt me mēa,  
alleluia, alleluia.

ORA.

**Oratio.** Deus, qui in Filii tui  
humilitate, ut supr. 272.

**Commem. de Cruce, Aña.**  
Crucifixus surrexit à mortuis,  
& redēmit nos, alleluia, alleluia.

y. Dicite in nationibus, alle-  
luia. B. Quia Dominus regnā-  
vit à ligno, alleluia. **Oratio.**  
Deus, qui pro nobis. ut sup. 270.

**Ad Tertiā, Capitulum.** Cha-  
rissimi, Christus passus est. 272.  
B. Surrexit Dominus de se-  
pulcro, \* Alleluia, alleluia.  
Surrexit. y. Qui pro nobis pe-  
nēdit in ligno. Alleluia, alle-  
luia. Glòria. Surrexit. y. Sur-  
rexit Dominus verè, alleluia.

**Et apparuit Simoni, alleluia.**  
**Ad Sextā, CAPITULUM.**  
1. Pet. 2. d

**T**radebat autem iudicāti  
se iniuste: qui peccāta nos-  
tri ipse pērult in corpore suo  
super lignum: ut peccatis mor-  
tui, iustitia vivamus, cuius  
livore sanati sumus.

**B. Surrexit Dominus verè,**  
\* Alleluia, alleluia. Surrexit.  
y. Et apparuit Simoni. Alleluia,  
alleluia. Glòria Patri. Surrexit.  
y. Gavisi sunt discipuli, alleluia.  
B. Viso Dómino, alleluia.

**Ad Nonam, CAPITULUM.** 1. Pet. 2. d  
**E**ratis enim sicut oves er-  
rantes, sed convērsi estis  
nunc ad pastorem & episco-  
pum animarum vestiarum.

**B. brev.** Gavisi sunt discipuli,  
\* Alleluia, allel. Gavisi. y. Vi-  
so Dómino. Alleluia, alleluia.  
Glòria. Gavisi. y. Mane nobis-  
cum Dómine alleluia. B. Quóniam  
advesperásct, alleluia.

S Ad

**Ad Vesperas, Aña.** Alleluia.  
Psalmus. Dixit Dóminus cum  
reliquis de Dominicā. 125. Ca-  
pitulum. Charissimi, Christus  
passus est. 272. Hymnus. Ad ré-  
gias Agni dapes. ut supr. 271.

y. Mane nobiscum Dómine,  
alleluia. B. Quóniam adves-  
perásct, alleluia.

**Ad Magnificat, Antiphona.**  
Ego sum pastor bonus, qui pasco  
oves meas, & pro óvibus meis  
pono animam meam, alleluia.

**Oratio.** Deus, qui in Filii  
tui, ut supr. 272.

**Deinde de Cruce, Antiphona.**  
Crucem sanctam subiit, qui in  
fernū confregit: accinctus  
est potēntia, surrexit die tertia,  
alleluia. y. Dicite in nationi-  
bus, alleluia. B. Quia Dominus  
regnāvit à ligno, alleluia.

**ORATIO.**  
**D**eus, qui pro nobis Filiū  
tuum crucis patibulum  
subire voluisti, ut inimici à no-  
bis expellēres potestātem: con-  
cede nobis famulū tuis; ut re-  
